

## P A R S XXIII.

DE  
SPECIFICIS FEBRI-  
LIBUS.

**I**N omnibus Febribus curandis maximè fere respiciendum eò, ne àquebodwç, nec temerè curam auspicemur.

Specificum purgans omnium febrium est, excepta Hectica, ḡnium, cuius flores dextrè parati febriles impuritates è corpore eliminant.

Inter cætera tamen Lazar. Riverius Cent. 3. Observat. 100. ac in appendice ejusdem, longo studio & experientiâ fidâ inventum & comprobatum laudat in Quartranâ omni suum Febrifugum: humorem enim melancholicum virtute specificâ oppugnare, illius fermentationem, quæ paroxysmi causa est, inhibere, ac omnes turbas, ab isto excitatas, illicò sedare confirmat. Simili ratione ac acetum Sale Tartari aut ḡni admixto, omnem aciditatem, omnesq; vires subito amittit, & aqua simillimum efficitur; ita humor iste extinguitur quodammodo, omnēq; agendi ac resistendi potentiam perdit.

Componitur autem ex triplici Hercule duodecim laboribus ad

summam nobilitatem eve&ò, quibus tandem quartus athleta additur, operis complementum efficiens.

Clariss. Dn. D. Rolfinckius tamen sub ænigmate hoc occultari ait, præcipitatum Bezoardicum compositum O. & ḡ. Lium illiusq; nomine verum Riverii febrifugum venedit, quod non est novæ, sed antique inventionis:

*R. O. ʒ. ſolve in aqu. Reg.*

*Viri & ʒ. ſolve in aqu. Fort.*

*ʒ. vivi ʒ. iii. ſolve in aqu. Fort.*

Solutions conjugantur & duodecies per alembicum destillentur iterata cohobatione. Pulveri in fundo reliquo adfunde Spiritum Vini rectificatum, abstrahit sexies à pulvere. Ut intimius figatur, calcinetur ad ignitionem ferè, in \* Hasfiaco, igne rotæ, vel sub tegulâ forniciata.

Ipse Riverius exhibet d. l. pueris ad gr. x. xii. & xv. Adultioribus vero à gr. xx. ad xxx. & xl. Rolfinckius tamen afflaverat pulverem huc à Riverio non per se, sed sciamminio mistum propinatum fuisse, hac

L 12 proportione

proportione & ratione statis, ultra:

R. Scammon. gr. xij.

Febrifugi gr. 6.

Misce.

Vid. Chim. in art. form. redact. I. s.

Seet. vi. cap. xii. pag. 373.

## C A P U T I. DE POTIONE FEBRILI.

Recip.

**O**L. vel Spir. Oligutt. xy. vel 1g.  
Salix Absinthii Jffl.  
Aqua Cichor. 3yfl.  
Fiat mixtura, detur convenienter in  
vino.

VIRES & USUS.

Hac potio uno haustu ebibita,  
abigit omnes febres, non longè  
post patiens sudorem in lecto te-  
cus expectabit.

Robustioribus Dosis augetur.

De

## PULVERE FEBRILI.

R. Diptam.

Perafr.

Zedoarie,

Fol. Scordii ana 3ij.

Sem. Cardui bened.

C. C. ust. preparat. an. 3i.

Aniimon. Diaphoret. Jl.

Fiat pulvis, detur convenienter.

Sign. Pulvis ad Febres.

VIRES & USUS.

Expertus est hic pulvis contra o-  
muis generis Febres, ut experien-  
tia & usus longò tempore me do-  
cuit.

Hujus generis est & sequens, quod  
Dn. Henricus Julius Böckelius Me-  
dicinae Doctor, solet scribi, & praefer-  
tim in Quartanâ.

R. Pulv. mirabil Quercetan. 3j.

(Hujus descriptio continetur su-  
pra part. 18. c. 4. pag. 601. sub pul-  
vere Aronis Quercetani.)

Trocb. d. Eupator.

Sp. diarrh. abb. ana 3fl.

Sem. 4. frig. major. excoct. an. 3fl.  
Misce, fiat Pulvis, detur in 7. charis  
pulvere equaliter divisio.

De

## Nitro Philosophico.

R. Nitri lib. vj.

Dissolv. in aqua calida, & ebulliat pa-  
latim: postea assunde in vas ligneum,  
& pone in locum frigidum, ut concre-  
scat, dissolvet etiam & fac, ut antea,  
hocq; repete quinque, deinde supra  
fornacem exsiccat & in tigillo per  
horas 12. igne aperito, calcinetur, donec  
in vino rubre se tingat: postea effunde  
in mortarium, ut consistat, deinde pone  
in locum calidum in vitro bene mundo,  
ne liquefacat: Datur in febribus à Jl.  
ad 3fl.

De

## De

## Pulvere Febrilialio.

R. Cholearum longas testas, que prope piscinas & lacus reperiuntur; affunde acetum de vino pamtum, stet per noctem, tunc extrahit mucorem, quem diligenter abrades cum scopis ferreis, quibus Aurifabri reuuntur.

Postea restas illas oblongas totas calcinando incinera ad albedinem, & pulverisfa.

## Usus &amp; Dosis.

Dosis 3ij. instante Paroxysmo in haustu cerevisiaz calidæ, cum tantillo butyri fecentis. Raro bis vel ter assumitur, quia primus haustus plerumque per sudorem sanat, id est in lecto se continentes infirmi sudorem expectent.

## NOTA:

Cl. Dn. D. Rolfinckius ait, commendatio hæc est superlativa, non trans promissis Crollianis.

Ego aliquid oculorum cancro-

rum contusorum adjeci, & ejus vires potentiores exinde reperi.

## De

## PILULIS FEBRILIBUS

## EXPERTIS.

R. Extract. Cardui bened. 3j.

Centaur. min. 3j.

C.C. usf. preparat.

Salis Absinthii ana 3j.

Fiant pilula cum Syruo de Carduo-bened. numero xx.

## Vires &amp; Usus.

Hæc Pilulae pro unâ dosi sumptæ in Aquæ Carduibened. unc. ijs præ-sentiissimum remedium sunt contra omnes Febres.

## OBSERVATIO.

Hæc Medicamenta paulò ante Paroxysmum febrilem sumuntur, ut cum ipso paroxysmo operentur.

Cætera quæ conferunt Febris sub Titulo de Diaphoreticis invenies.

## CAPUT II.

## DE

## TINCTURA ROSARUM.

## Rec.

R Ofar. rub. min.

Incis. 3ff.

Borraginis,

Violarum ana 3i.

Infunde per horas 4. in aqua fontis tepid. 3ff.

Aqu. Cichor. 3iij.

Rosar. 3iis.

Instilla spiritus 3li 3i.

Olis 3i.

Et ita extrahatur Tinctura rubicunda,  
cui adde

Syrup. aceto f. citri,

Lii 3

Julep.

Julep. Rosar.

Rob. Ribium ana ʒi.

Misce; excolatum, serva pro usu.

Vires & Usus.

Hæc Tinætura aliquoties usurpatæ ad cochlearia quatuor, vel quinq; non modò pertinaci Epatis calorí potentissimè resistit, verùm etiam hâc ratione omnes Febres abigit & curat.

Aliquando talem simplicem Tin-

eturam hoc modo confeci.

R. Aquæ font. lib. ij.

Flor. Rosar. ʒfl.

Borrag.

Bugloß. ana P. q.

Cinamomi ʒij.

Coquantur lentè in olla nova, & co-  
latura adde Spiritus Sulphuris, vel vi-  
trioli vel Veneris, quantum sufficit ad  
amabilem acorem: cui lubet, potest ade-  
dere aliquid Sacchari.

### CAPUT III.

#### A L I I S F E B R I F U G I S.

##### De SALE FEBRILI.

Recip.

S Alis ammoniac. sublimati.

Nitr. preparat.

Salis Cardui bened.

Absintii,

Centaur. min. ana ʒj.

Solvantur in aqua Cichorei, & fiat l.

a. Sal Crystallinum.

Vires & Usus.

Febribus omnis generis, Quoti-  
dianæ, Tertianæ, Quartanæ, Hæmi-  
triteæ, &c. sine discriminè summum  
est Alexipyreuticon. Offertur à 3fl.  
ad 3j. tribus vel duabus horis ante  
accessionem in aqua centaur. mi-  
nor. vel alia specifica, expectato  
sudore sub declinatione Paroxysmi.  
Eadem Dosis reiteranda, si primâ

vel secundâ vice, non satis fecerit.

De

#### PILULIS FEBRILIBUS.

R. Extratt. Febril. ʒi.

Flor. Θ ammoniac. gr. v.

F. l. a. Pilula adspergantur pulvere.

Cinamomi f. Sieber. Pilulen auf ein  
mas.

#### VEL:

R. Extratt. Cardui bened.

Centaur. min. an. gr. vij.

Flor. Θ ammoniac. gr. iiiij. vel v.

Fiat l. a. Pilula adspergantur pulvere

Cardui bened.

De

#### ARCANO D. FREITAGII ad Febrem tertianam ve- ram & notham;

R. Lau-

R. Laudani Febrifugi nostr. descript.	Mistur. simpl. 3 <i>j.</i>
g.. ju.	Confect. alcherm. 3 <i>fl.</i>
Extract. centaur. minor.	Quinta Essentie trium terrar. an.
Gentiana,	gr. iv.
Carduibened.	Roris indurati
Absinth. an. gr. v.	Cespitis marini an. g. v.
Essent. terrarum trium an. gr. iij.	Extract. butibi cavi
Pulver. colatura terra 3 <i>fl.</i>	Asari an. 3 <i>fl.</i>
Natalitia gleba Cypria 3 <i>ij.</i>	Pollinis caeli microcosm. 3 <i>j.</i>
Fri (Plat. 3 <i>fl.</i>	Oxymell. squillit.
Acet. Sambuc. 3 <i>fl.</i>	Aceti Bezoartic. an. 3 <i>fl.</i>
Aqu. centaur. minor.	Syrup. de succo violar.
Syrup. aceros. citr. an. 3 <i>j.</i>	Bormagin. an. 3 <i>j.</i>
Spir. Plat. gr. 3.	Misce.
M. pro Dosi.	Vid. libr. de Opio c. 26. p. 226.

## De

Arcano Ejusdem ad febres  
cotidianas.

R. Aqu. Theriacal. n. d. 3 <i>iiij.</i>	
Quinta Essent. trium terrar. ana	
gr. iiiij.	
Aceti Bezoardie.	
Oxymell. squillitic. ana 3 <i>fl.</i>	
Pulver. Piperis 3 <i>fl.</i> gr. viij.	
Extract. Asari 3 <i>fl.</i>	
Pulver. Colatura terra 3 <i>fl.</i>	
Aqu. Calamenti.	
Carduibenedict.	
Syrup. de corticib. Citri,	
De acetosif. Citr. an. 3 <i>fl.</i>	

Misce.

## De

Arcano Ejusdem ad quartan.  
nas intermitentes.

R. Laudan. Febrifug. n. d. gr. v.

Pulverisata & mixta extrahan-

tur ope. Spirit. Vini. Tinctum Spi-

ritum aufer & recentem affunde,

tamdiu donec omnis tinctura & es-

sentia extracta sit. Ultimò Spiritum

Vini in B. M. ad medietatem seu o-

leitatem abstrahere, & remanentem

Spiritum unā cum Essentiā per

chartam

chartam emporeticam filtra, & in vase vitro bene clauso ad usum reserva.

## USUS:

Præservat, curat & abigit, post evacuatum corpus omnes febres.

Dosis instanti paroxysmo vel paulò ante, ut simul cum paroxysmo operetur à 3ij. ad 5ij. & 3lb. in aq. centaur. minor. vel absinthii aut Carduiben. vel in haustu cerevisie calida. Robustiori autem datur ab 3lb. ad 3vj.

Præterea cacochymici & hydro-pici magno juvamine potui quotidiano immiscere possunt: suâ enim amaritudine, putredinem omnem arcet: partium verò tenuitate obstrunctiones pellit. Sunt gus bitter Wein und Bier.

De

## SPIRITU NITRI.

Nitrum, sive Salpetræ, misceatur cum trib⁹ partibus boli communis; & destilletur per retortam, observatō eodem ignis regimine, ut in præcedentibus dictum, spaciò decem vel duodecim horarum. Ex

libra una salis petræ, accipies lib. r. spiritus, si benè operatus fueris, Beguin. in Tyr. Chym. p. 151.

## Vires &amp; Usus.

Spiritus hic, secundūm Quercetanum, est verus ignis naturæ Balsamicus, & prodest in Colicā, pleurisi, anginā, febribus.

Datur in febribus cuen aquis Endiviae, portulacæ cichor. ad extingendum calorem à gurtis vj. vel xvj. Estq; hic spiritus in febribus præstantior Lapide brunellæ.

Fitetiam Essentia extracta Halonitri, quæ febres omnes ad miraculum curare dicitur, hoc modo;

Halonitro probè præparato, & in pollinem a&o, astunditur spiritus vini, solutio filtratur, colatura digeritur, donec sedimentum fiat; hoc abjecto, clarus liquor circulatur, & tandem in clarissimam Essentiam coagulatur.

Vide Deodatum Panthei Hygistic. l. i. c. 12. pag. 148. Vnzerum de Physiolog. Sal. cap. 18. de Sale Nitri pag. 798. ad 812.

## CAPUT IV.

DE

## PULVERE LIGNI FEBRIFUGI SEU CORTICIS

Sinensis, Palo de Calenturas, Hispanico Idiomate dicti.

CVm corticis hujus ex Peru Regno allati jam primum in Euro-

på innotuit notitia, pauca quædam Lectori Benevolo afferam ex C. C.

Dn.

D. Thomæ Bartholini Centur. 5.  
Hist. 50. Nuperis annis in Europam  
delatus est cortex arboris Peruvia-  
næ, cuius pulvis ad febres tertianas  
& quartanas efficacissimus depræ-  
dicatur. Arbor ab Incolis Peruvia-  
nis vocatur Gannana peride, ab  
Hispanis Palo de Calenturas, h. e.  
lignum febrium. Cortex ipse Chi-  
na febris appellatur, colore ferru-  
gineo, sapore amore, à Gentiana  
non valde dissimilis, sed orbe no-  
stro ignotus. Vnde Gentiana In-  
dica fruticescens Hoefero appel-  
latur. 6. Herc. Med. c. 3. Röمام  
ad Cardinalem Lugo primò perva-  
nit, exinde in Belgium. Romæ ve-  
nalis est pulvis apud Patres Socie-  
tatis Jesu, qui soli ex orbe Ameri-  
cano corticem habent, & per Euro-  
pam distribuunt. Schedion Romæ  
Italicâ lingâ prodiit de modo præ-  
parandi & usurpandi pulverem.

Proficuum usum experta sunt Ro-  
mæ aliquot hominum millia, quum  
Anno C. 1652. febres malignæ, quat-  
tanæ simplices & duplices in urbe  
grassarentur. Archiater Pontificis  
innocentii X. experientissimus D.  
Fonseca, pulveris naturam & indo-  
lem svasu Cardinalis de Lugo, dili-  
genter indagavit, & propriis expe-  
rimentis edocitus non innoxium  
tantum, sed etiam saluberrimum  
deprehendit. Eiusdem Cardinalis  
laudatur pietas, quod pauperculis

& religiosis Viris magnam copiam  
pulveris propriis sumptib⁹ Romam  
adferri curavit liberali manu distri-  
buerit, de Medici tamen consilio  
cujus Schedulam antemonstrari sibi  
postulavit, quam pulverem elargi-  
retur, plus mille hujusmodi Sche-  
duelas aservare fertur, toidem sci-  
licet exhibiti feliciter pulveris testi-  
monia.

Date similiter in Belgio Serenissi-  
mo Archiduci Leopoldo Guiliel-  
mo 16. Octobr. 1652. hora 7. vesper.  
tina, duplice quartana detento pul-  
veris febrifugi drachmæ duæ, qua-  
ternis uncii vini albi Hispanici ve-  
teris permixtae. At sit nocte tota Se-  
renissimo ventriculus, ultro citroq;  
commeante ac concertante Natura.  
Horis matutinis decimi septimi diei  
remisit febris, tandemq; intermisit,  
superveniente copioso sudore. Ea-  
dem die 17. circa vesperam invasit  
eundem eadem quartana, sed du-  
plex: verum 19. & 20. qui dies e-  
rant febris utriusq; recursus, neutra  
comparuit, adeoq; benè Archiduci  
cesit Medicamentum, ut per dies  
33. h. e. per undenos circuitus, qui  
18. Nov. absolvebantur, nullam sen-  
serit febrem. Sed sequenti statim  
19. relapsus est in eandem cum fri-  
gore, siu, ofis amaritie & salsugine.  
Ex quâ recidiva elevat pulveris de-  
cantatum usum Joh. Jacob. Chiff.  
letius Primarius Medicus Archidu-  
calis

M m m

calis c. 4. quod Bruxellis omnes quartanarios, qui ex assumpto pulvere se convallituros sperabant, visiderit relapsos. Cui tamen occurrit Antimus Conygius, Anonymus Author Romanus in defens. c. 3.

Pergit idem Bartholinus d. I. Ego quoq; curiositate remediis, novitate accusus, quum corticis tres doses Româ reduces amici mecum communicassent, experimentum in quartanaria feci. Lectissima puerilla juvencula, quartana primum simplici, deinde duplici, vario typo, spacio octo mensium divexata, quilibet remedii potuit sublevari. Tandem placuit pulverem Peruvianum exhibere, quamquam copiam fastidiret. Assumit in vino maceratum, sed per vomitum mox rejecit. Ex duplice tamen simplex evasit, & minor, sed brevi post duplex rediit. Supererant nobis duæ doses, quas ne nauseam excitarent, secundo modo per 40. horas in vino albo maceratas expressimus, expressumq; vinum bis dedimus sine nausea, nam sapor potionis gratè amarus, quasi semina citri gustares. Iterum in sum.

plicem mutata febris, sed penitus extinta non fuit, nec ulterius experimentum facere licuit, ob corticis pentriam, qui copiosius ut advehatur autor sum, quippe tantum tamq; efficax quartana remedium diu desideravimus. Substitui quoq; potentia gentiana, cujus extracto feliciter in quartana utimur. hact. Bartholin.

### De

**Essentia Ligni Febrifugi, palo de Calenturas dicti.**

R. Corticis hujus cinamomeo colore prædicti, minutim pulverisati, & per setaceum trajecti z. i.

Vini generosi, præpotentis, Rhenani q. s.

Stent in digestione. Tinctum quod est effundatur, inclinato vase. Novum menstruum affundatur. Coniuncti liqueores leniter exhalent, & ferventur.

Dosis coqulear. j. vel ij. cum haustu vint odonti boni vid. Rolfinck.

De usu pulveris de Gannanapride in febribus vide quoq; Judicium D. Joëlis Archiatri Gotorpiensis. Cent. 2. Epist. Medicinal. 42. Bartholin.

### CAPUT V.

DE  
**FEBRIFUGIS  
EXTERNIS**

De  
**CATAPLASMATE FEBRIFUGO  
PRINCIPIS ANHALTINI,**

Recipi  
Piper.  
Elis.  
Cross.

Croc. Oriental.

Allii (quod terra tegitur) an.  
q. s.

M. & contund. in mortario ad formam  
cataplasmatis. Obvolve linteo & in-  
star noduli applic. in sinistrā manu di-  
giti annularis externe parti. Eādem  
verò horā quā apposicū etiam ante  
Paroxysmū ter repetatur.

VEL;

R. Emplastr. Febrifug. Strobelberg.

3*lb.*

Malax. ol. aran. & Divid. in 2. par-  
tes equal.

De

Emplastro Febrifugo Stro-  
belbergeri.

R. Terebinthina, Cypr. opt. 3*lb.*

liquefcat in vase cupreo super Δ mo-  
deno. Huic injice

Annear. vivar. in hypocaustis  
vel locis mundis capiat.  
num. xv.

Mist. & agitentur cum pistillo ligneo,  
wg, dum color Terebinthina fiat cinc-  
reus. & vix aliquid de araneis depri-  
bendatur. Tum iterum topofacta mixe-  
tura adde:

Telar. araneas mundarum, quan-  
tum prædictæ araneæ texere,  
Vel barum loco adhuc novendecim a-  
raneas mediocres: iterum fortiter a-  
gitentur: Interæ etiam immiscendo

Aphalti optimè pulverisat.

Sal. Armoniac. albiss. an: 3*lb.*

Terantur wg, dum refrigerescat ma-  
teria & acquirat consistētiā Em-  
plaſtri nigerrimi. Reponantur per 14.  
dies, tandem rursu ad Δ mollescat, &  
manibus Oleo febrifugo inuncte ma-  
laxetur modicè.

### U S U S.

Formentur inde Emplaſtra instat  
Thaleri, quæ auro vel argento ob-  
ducta, corioq; teſta, imponantur  
pulsibus utriusq; carpi hora una  
ante Paroxysmū, relinquendo per  
9.d. Tunc eādem horā in profluens  
tem aquam projiciantur.

### O B S E R V A :

Illustriſſ. Comes Carolus à Wol-  
kenſtein non ſolum hujus Emplaſtri  
beneficio à quartanā eſt liberatus,  
ſed etiam centum Thaleris à Dn.  
D. Strobelbergero emitt.

## OLEUM FEBRIFUGUM

### STROBELBERGERI.

R. Ol. Nymphea unius ſaltē anni,

Lumbricor.

Rosar.

Hypericon.

Amygdal. amar. an. 3*j.*

Mixtis impone Scorpiones vivos num.  
ix. Exponantur ſoli (paretur ſi poſſi-  
ble in ingressu ♂ in ſignum Scorpion.  
vel Cancri) donec moriantur Scorpio-  
nes, tunc etiam adde

Iberiac. Andromach. opt. 3*lb.*

Relinquantur in ſolari per d. 14.

M m m z

NOTA;

## NOTA:

Idem Medicus Ratisponensis & Carolinus, Joh. Stephan. Strobelberger commendat quoq; *ad hanc* *primitur* massam, pulsibus applicatam in omnibus Febris: inq; quartanā, omnium artes eludente, interventu hujus masse, valetudinem ægro ab omnibus derelicto, intra-

paucos dies promittere nō veretur.

*Ruginis i. e. fuliginis,*

*Aeris i. e. tele aranearum,*

*Aqua i. e. terebinthina,*

*Terra i. e. Ranunculi caustici,*

Sumuntur certa proportione & malaxantur, donec non ita tenaciter digitis adhærent, applicatur pulsibus manuum ante Paroxysmum.

## PARS XXIV.

## PESTILENTIALIBUS.

## CAPUT I.

DE

## ELIXIRI PESTILENTIALI.

CUM Pestis sit ira, & peculiare DEI Flagellum, sequentia post reconciliationem cum DEO & proximo, vitæq; emendationem ex usu esse poterunt.

R. Florum Sulphuris Spagyricæ preparatorum (ut paulò post dicitur) uncias tres, affundit Olei Juniperini è baccis, in balneo prius rectificati, ad eminentiam trium vel quatuor digitorum (eodem modo cum Spiritu Terébinthino fieri potest Balsamus Sulfuris, cuius Tinctura postea Spiritu Vini extrahitur ad affectus asthmaticos.) Olei succini terra rectificatione, in balneo ab odore vehementia-

liberata quartæ pars ad oleum baccarum Juniperi ibidem affundatur, stet in igne cinerum vel arenae sapius mouendo, ut flores lenti fine adustione solvantur, & liquecane: Postea baccharis Theriace Veneta lib. j. ex qua optimo Spiritu Vini Tincturam extractas, quam à Spiritu Vini separatas seorsim servato. Extrahit eodem Spiritu Radicum Elenii, Angelicae, Baccarum Juniperi contusarum & mixtarum ana uncias tres, & Tincturam à spiritu Vini in Balneo separatum, misce cum Tinctura Theriace, ac affundit Oleum Juniperinum, & succini floribus sulphuris essentificatum, ac per papyrum bibulam